



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

29. Quòd vana est omnis fiducia, quæ non collocatur in Deo, sed vel in hominibus, vel in divitiis, vel in Principibus, & c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

Exod. 14.

Primā die, quā populus exiit ex Ægypto, A iuxta mare, in conspectu Pharaonis castrametari, ac figere tentoria jubetur. Domine, hostis a tergo est, & autē est mare, quid hīc populus ager? In me confidat. Res certe mirabilis. Præcipit Moysi, ut populum regredifaciat, & in has iniiciat angustias: Reversi, inquit, castrametentur à regno Phihahiroth, que est inter Magdolum, & mare. Alia jam via perreverant, ac jam ultrā procecerant: B Et tamen, Reversi, inquit, castrametentur, &c. ut scilicet eos in illas coniceret angustias, unde ediscerent sed confidentiam, per quam mare non unā, sed centum vias præbuit: *Qui divisit mare rubrum in divisiones.* O quoties nec viam unam videbis! sed si habueris fiduciam, centum tibi viæ latæ aperientur, &c.

Psal. 25.

Heroica Davidis confidentia: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. In quonam Rex sancte? In hoc. Ex Græco, & Heb. constat illud hoc referri ad prælium: In hoc ego sperabo; hoc est, hinc maiorem sumam occasionē fiduciae, quod majora, gravioraque erunt discrimina: Deus me liberabit, quod minus nulla me ratione liberare possum, inveniet ipse rationes, modos, & vias, ego confidentiam nunquam amittam, et si nullum remedium pro me humanitatis appareat, divinus spero inimicorum rela in ipsorum ora fore detorquenda. Sic Hieronymus.

D. Hier. ibid.  
Iob. 13.

Plusquam heroica confidentia Iob: Etiamsi occiderit me, in ipsum sperabo. Hanc illi confidentiam celebat Satan subiugere, sperans, quod tot cladi bus, rerumque omnium jacturis, quod reli, num haberet, animam scilicet, desperatus jactaret. Quānam mala non perpetravit desperatus! O quām miserejatur nauta desperatus! Hoc intendit Diabolus, ut omni amissa fiducia desperatē in omnia flagitia ruamus. Impius, cūm in desperationis profundum venerit, contemnit, & sequitur eum ignominia. O quām vere! Nullum enim scelus non committit.

Chrys. hom.  
40 in Matt.

Infirmus de salute diffisus, inquit Chrys. omnia communia, & immunda

manducat, qui antea temperans erat: Sic qui gravius peccando cœpit desperare, jam nihil dubitat comittere.

*Quod vana est omnis fiducia, qua non collocatur in Deo, sed vel in hominibus, vel in divitiis, vel in Principiis, &c.*

## PVNCTVM XXIX.

M Isra illa Hemorrhoïssa duodecim annis fuit in sanguinis profluvio, & Fiducia in à Medicis, ut refert D. Marcus, Multa Deum solab. perpessa, ergaverat omnia sua nec quicquam na. vana con profecerat, sed magis deterius habebat. Quid nū alia. istud fuit? Vana in Medicos fiducia. Quid Matth. 9. pauperi fœmina reliquum? Ad cœlestem Marc. 5. Medicum recurrere, à terrenis jam deplorata.

O quām hec docet nos in infirmitatis, afflictionibus, &c. ad Deum confugere, & in Deo confidere! Quām vani, qui ad Deos confugunt! O quām his dici potest: Vbi sunt Dii, in quibus habetis fiduciam? Surgant, & opulentur vobis, & Deut. 32. in necessitate vos protegant. Videis, quod ego sim solus, & non sit aliud Deus præter me. Ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam, & ego sanabo.

Quārō ergo melius est in Deum confidere, in spirituales medicinas, in Sacramenta? Ego occidam, & ego vivere faciam. Aliqui ex Heb. in passivo: Ego occidat, & Hebr. viviam, transfigur, & sanabor. Propheticè de Christo, quasi innuant, Christum per suam passionem, & mortem infirmitatis nostris medicinam condidisse. Quod tandem cognovit Hemorrhoïssa, dum plena fiducia inquit: Si tetigero tantum fimbriam vestimenti ejus, salva ero. Ubi D. Chrysost. Chrysol. O quām docuit mulier, quantum sit Corpus Christi, quæ in Christi fimbriâ tantum esse monstravit! Audent Christiani, qui quotidie Corpus Christi attingunt, quantam de ipso Corpo sumere possunt medicinam, quando mulier

*mulier totam rapuit de solâ Christi sim- A  
brâ sanitatem.*

*Apoc. 12.*

*O si de fructibus, ac de medicinalibus  
foliis, ad sanandas gentes, hujus arboris  
sæpè, & ad minus singulo quoque men-  
se, homines desumerent! O si hoc phar-  
maco immortalitatis (loquitur S. Ignatius  
Martyr) uterentur! O si hunc vitæ  
Panem sæpius comederent! Quam sani,  
quam fortes essent! Panem Angelorum.  
Hier. Panem fortium, ab effectu, quod B  
fortes efficiat. Panis cor hominis confirmat.  
Hic, hic propriè: nam materialis ob re-  
actionem confirmat sententiam mortis,  
unde potius panis mortis, quam panis vi-  
tae dicendus est, &c. In Sacramentis er-  
go primum locanda fiducia.*

*Psal. 77.  
Hier.*

*Cum Ægyptios locustarum, ac mu-  
scorum occiderent morsus, nec inveniretur san-  
itas anima illorum. Filios Israël nec draconum  
venenatorum vincebant dentes, etenim neq;  
herba, neque malagma sanabat eis, sed tuus,  
Domine, sermo, qui sanat omnia. Tu es enim,  
Domine, qui vita, & mortis habes potesta-  
tem, & deducis ad portas mortis, & reducis.*

*Sep. 16.*

*Quam igitur vani, qui ad Deos, quos  
adorat, in suis necessitatibus confugunt!  
Infelices sunt, & inter mortuos spes illorum  
est, qui appellaverunt Deos opera manuum  
hominum, aurum, & argentum.*

*Exod. 32.  
Amos. 2.*

*Hi sunt Diuiti, Israël. O stultitiam! ô D  
quāmeritò deridet eos Deus per Pro-  
phetam! Decepunt eos idola sua. Sui num-  
mi, suum argentum, & aurum, in quibus  
confidebant, deceperunt eos sive unctio-  
nes, quinta essentia, secreta in sciniis il-  
lis reposita, & servata tantà cum venera-  
tione, & fellerunt eos.*

*2. Paral. 16.*

*Meministis Asæ, de quo dicitur, quod  
Nec in infirmitate sua quæsivit Dominum,  
sed potius in Medicorum arte confisus est: po-  
sueruntq; eum super lectulum suum plenum  
aromatibus, & unguentis meretriciis, quæ  
erant pigmentiorum arte confecta, & com-  
busserunt super eum ambitione nimia. q. d.  
semper in vita pigmenta hæc coluisti, ha-  
beas ea & post mortem. Nunquid resina  
(medicinarum spiritualium) non est in Ga-  
land, aut Medicus non est ibi? Quid opus  
ad ariolos confugere, Pythonissas con-  
fusculere, ad Deum Accaron se convertere?*

*Ierim. 3.*

*ô quam multis propterèa dicitur: De  
lectulo, super quem ascendisti, non consurges,  
sed morte morieris.*

*Nemo melius, expenditiusve ambu-  
lat in via Dei, quam is, qui doloris clavo  
confixus est, quique in vinculis, aut in-  
firmitatis compedibus detinetur. Dixit  
id Iob: Posuisti in nervo pedem meum, & Iob 13.  
observasti omnes semitas meas, & vestigia pe-  
dum meorum considerasti. Quid! In nervo  
detenus ambulas? Utique ambulo, &  
hoc ab Asa requirebat Deus, ut positus  
in nervo expeditius in semitis melioris  
vitæ ambularet: sed in Medicorum arte  
confisus est (& verè confixus) in creatu-  
ris persistit, qui ad Creatorem ambulare  
debebat.*

*Princeps ille Synagogæ, quantum se  
se ante Christum dejecit, ut filiam redi-  
viyam haberet! Cecidit, inquit Lucas, ad  
pedes ejus. D. Marcus: Procidit ad pedes  
ejus, & deprecabatur eum multum. Sed ta-  
men ad Christum confugit, & in eo so-  
lum confisus est: Nunguid Mediçi susci-  
tavit terreni nequaquam, cælestis uti-  
que.*

*Perfecta huc facit trium illorum juve-  
num confidentia, qui ajebant: Ecce Deus Dan. 3.  
noster, quem colimus, potest eripere nos de ca-  
mino ignis ardenti. & de manib; tuis, ô Rex,  
liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, ô  
Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam  
autem, quam erexit, non adoramus. Hæc  
eiuscumque fidelis debet esse fiducia, &  
in infirmitibus dispositio, ut dicat:  
Deus, in quem confido, potest me libera-  
re. Quod si noluerit, statuam autem  
non adoro, in divitiis non confido, &c.*

*Qui confidit in divitiis suis, corrut. Nitil-  
tur ille suis divitiis, atque: Numos ha-  
beo: annonæ caritatem non timeo: in-  
firmitatem non pertimesco. Sed, quo-  
nam divitiae, & thesauri à morte non li-  
berant, verè corrut, qui in divitiis con-  
fidit.*

*Hinc Apostol. ad Timoth. Divitiis  
hujus sæculi (nam sunt & alterius, sed his  
nihil opus (præcipue non sperare in incerto di-  
vitiarum, sed in Deo vivo, benè agere, facile  
tribuere, ut apprehendant veram vitam.  
Hæc enim præcious vera non est, sed um-  
bra*

*Prov. 11.*

*1. Tim. 6.*

bra veræ: unde non est necesse, pro cā A

Psal. 48.  
D. Chrys.  
Psal. 10.

Davidis fidu-  
cia non qualis  
passerum.

Isa. 39.

Isa. 59.  
Idem 28.  
Prov. 10.  
Lanser, ibid.

D. Bernard.

cantoperè laborate.

Quàm vani, Qui confidunt in virtute sua, & in sp̄litudine divitiarum suarum gloriantur! D. Chrys. ad illa verba: In Domino confido, quomodo dicitus anima mea, transmigrat in mortem sicut passer? ait, pasculo totam suam sp̄m repositam esse in paucis illis plumis, quibus confidit semper à laquo venantium se evasurum: sed dum minus credit, visco, vel reti capitur. Hanc ego non habeo fiduciam, inquit David, non pr̄sumo, nec confido in his divitiarum mecarum plumis, sed in Domino confido. O quot in suis teditibus confidunt, & his ex omnibus mundi periculis liberari se posse confidunt! sed cum minus credunt, sc̄e in rete coniectos vident.

Sic omni spe frustratus homo, quam in Deo non collocat, vanaque fiunt ei sp̄es omnes. Sperat ille auxilium. In fortitudine Pharaonis, & habet fiduciam in umbra Ægypti. Humani favores, opes, & potentia, umbra dicuntur Ægypti: quia nimirum ut umbra fugiunt: sed protinus fit ei. Fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia umbra Ægypti in ignominiam, quia relicta terra promissionis vexæ religionis, servitii Dei, in fine vitæ incipit illam sentire confusionem inanis, & irritæ suæ spei, quæ non est habitura finem. Unde idem Propheta indicit ei vādamnationis æternæ: Vā, filii desertores. Desertores vocat, quia una, Deo contempto, vanissima spe ad inaniam confunduntur.

Hil sunt, qui confidunt in nihilo, vel ut alibi habet Isaï. Qui ponunt mendacium sp̄m suam, & mendacio proteguntur. Sed qui nititur mendaciis, hic pascit ventos. & E duplice seosu: est nimirum ventorum palpulum, & pascit se ventis, hoc est, vanis sp̄ebus. D. August. legit: Qui fidis in falsi, hic pascit ventos. O quàm verè, ut ille haberet adagii. Aulicus ille retinatur ventos! ut huc, illucque à ventis impellitur! ut ore aperto, ut Bern. ait, ventos attrahit! ut vela dedit ventis, ventorum lusus! pascit ventis, & pascit ventos, colit, ambit, &c.

Sequitur: Idem autem ipse sequitur aves volantes. Volantem nimirum quilibet dignitatem sequitur: mox enim ut dignitas alicujus demortui in aere levatur, eandem ambitiosus prosequitur. His pascit ventos, & pascit ventis, & sequitur aves volantes.

Sic in Osea: Ephraim pascit ventum, & Osea 11. ta die mendacium multiplicat, oleum in Ægyptum serbat. Chald. Et munera in Ægyptum defert, hoc est, ad favores, & gratiam aucupaudam munera transmittunt. Et dixit Ephraim: Divites effectus sum, inveni idolum mihi. Pascit, scilicet, ventum. Veritatem postea Propheta ad verum Israëlitam: Et tu ad Deum converteris, spera in Deo tuo semper.

Iusta, iusta in Domino curam tuam, inquit David. Divinè Heb. Iusta in Dominum sp̄em tuam. Iacta scilicet rete speci, nō ad captandos ventos, aut aves volantes, sed ad rem capiendam, quæ non è manibus tibi labatur, & quæ non evolet: Iacta in Dominum sp̄em tuam, & quæ te enutrit, & non dabit in aeternum fluctuationem iusto. O fluctuationem mundanæ sp̄ei, non obfirmat anchora vere, sed deinceps sp̄ei Graphicè in Ezecl. describitur, in typum mundanæ glorie, navis illa cum omnibus armamentis: sed in exactissimâ ejusdem descriptione mirum, quod anchoræ nulla sunt: mentio; deest quippè fugacissime mundanæ sp̄ei, ac glorie anchora, quæ sifat: fugit enim, nec ullo retinaculo removatur.

Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus, hoc est, salvandi potestas. Parap. Campen. Non n. Camp. habent potestatem beandi quempiam. Quām inanis, quæso, illius missio, qui juravit sanctum illum juvenem beatum factum! Non est salus, non est salus, non habent potestatem beandi quempiam, nec se.

Beatus, cuius non homo, sed Deus Iacob Psal. 155. adjutor ejus, sp̄es ejus in Domino Deo ipsius, non in Principibus, non in divitiis hujus saeculi. Qui fecit calum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt (& id est potest ubique) salvare, quia potestas ejus ubique) Camp. Felix, cuius sita est omnis spes in Deo suo, qui & fidem serua perpetuo, qui custodit veritatem (suarum promissionum) in seculum.

Pueri

1. Reg. 30.

Pueri Amatecitur infirmi miseranda  
vix. Reliquit me Dominus meus, quia agro-  
care cœpi nudius terius. O inanem misericor-  
dum aulicorum fiduciam!

Gen. 33.

Nisi Deus pater meus, in quo semper confidis-  
sum, affusset mihi, forsitan modo nudum me  
dimisisset. Jacob ad suum sacerdotum Laban  
post tot labores italoquebatur.

Ephes. 6.

I nunc, servi, colite, adorare: ante cubi-  
culum Aman, dum alii dormiunt,  
tu miser vigila: & quam vanæ erunt tue  
spes!

Num. 25.

O quam frustrantur spibus! O quo-  
cum illis Principibus suspendi deberent  
contra Solem! Meminerint historiæ. Per  
Moysen præcepit Deus: Suspende cunctos  
Principes contra Solem. Quid hoc? Princi-  
pes isti, inquit Cajet. Solem adorabant.  
Sic spes vestras in Sole posuistis? Suspende  
Principes contra Solem. q. d. Oppone  
ergo morituri imaginem Dei, quem ad-  
orant: clament ad eum in morte, quem  
in vita coluerunt: videant infelices, an  
Solem misertus eorum, sistat cursum; an po-  
tius inexorabilis percutrens secum eos ad  
occasum perducat. O dolorem! totam in  
Sole spem locasse, & vocatam exoratim  
que Solem, nec ad momentum stetisse;  
sed furda aure, velocissimo cursu, ut allo-  
ker, evolasse! Radios illos fuisse miseris,  
opinor acutissimas cuspides ad eorum  
corda transverberanda His dici poterat,  
quod his similibus deis foris per Moysen,  
dicatum est: Vbi sunt Diis vestris Surgant, &  
opitulentur vobis, &c. Ego autem in interitu  
vestro ridebo, &c.

Deut. 32.  
Prov. 1.

Persimilem irrationem mere: ut infelix  
ille Sennacherib, cui Dei nomine dictum  
est: Scupile, & conflatile ponam sepulcrum  
tuum. Ubi Hieronym. Inde scilicet pu-  
niteris, unde sperabas auxilium. Erit sculp-  
tile, & conflatile sepulcrum tuum, ut  
inter aras, & pulvinaria adorantis idola  
sanguis nefarius effundatur. Pro cuius  
loci intelligentia notate, quæ dicam. Sta-  
bat superstitiosus Rex ante sua idola: tunc  
proprii ejus filii supervenire, & cum in-  
tercessione dererunt. Hujus Regis cada-  
ver diu ante idola illa inhumatum reli-  
ctum est, quia nee à filiis, nee ab alio se-  
pultus per aliquor dies commendatum

Speranza Scriptura selecta.

Nahum. 1.  
D. Hier. ibid.Sennacherib  
erit ante aram  
idoli occisus.

A est. Ethoc subi vult: Scriptile, & conflatile  
ponam sepulcrum tuum. Irriso nimis sum  
vanissimæ spes insensatis illis idolis, ante  
quorum pedes sine ullâ spe insensatum  
item jacebat cadaver. quasi dicat. Sic ja-  
cere ante hæc tua idola erit sepulcrum  
tuum: Surgant, surgant modò, & opitu-  
lentur tibi.

B O quot misere cadunt ante suorum in-  
sensatorum idolorum pedes, sine ullo,  
quod recipere possint, auxilio! Adorat  
ille suas divitias, totamque fiduciam in  
illis collocat: confirmatur, edicit foras  
suos nummos aureos, nec ullum sentit au-  
xilium: jaceat ante aurum, & intra au-  
rum, & argentum, amata idola, defi-  
cit, & moritur: Es erit scupile sepulchrum  
tuum.

C Amanissima eorum non proderunt eis. Isa. 59.  
Argentum eorum, & aurum eorum non  
valebit liberare eos in die furoris Domini.

Siputarij aurum robur menum, & obriko lob. 31.  
dixi: Fiducia mea. Alii: Et concluso dixi: Alii,  
Fiducia mea. hoc est, nihil in scribaliis con-  
clusum habeo, in quo confidam.

D Speravit in multisudine divitiarum sua-  
rum. O vanitatem! Zach. 11. Benedictus Zach. 11.  
Dominus, divites facti sumus.

Sculpile, & conflatile, ponam sepulchrum  
tuum. Sic confidit ille in Principe, eu-  
dem adorat, &c. Domi ejusdem mori-  
tur, nec auxilium vel minimum habet.  
Sculpile ponam sepulchrum tuum. O quam  
verum illud Psalmista confidit occulto-  
rum Dei:

E Bonum, bonum est sperare in Domino,  
quam sperare in Principibus! Sperare in eo,  
in quem qui sperat, non infirmatur. Ef-  
fundite coram illo corda vestra; hoc est, o-  
mni alia fiducia corda evacuare. Hoc sibi  
vult, effundite, fiduciam scilicet cujusque  
Principum, divitiarum, & idolorum, &  
in solum Deum confidite.

F Hoc illâ aquæ effusione in 1. Reg. sibi  
filii Israel voluerunt: Et effuderunt aquam 1. Reg. 6.  
coram Domino, &c. difficilis locus, sed  
hoc sibi vult: Abjurarunt quasi & illâ ef-  
fusione, & evacuatione valorum, in qui-  
bus negutta quidem remansit, evacua-  
tionem cujusque alterius fiducia testati  
sunt, quasi dicent: En Domine, corda  
R effusa-



effundimus, & totam fiduciam, quam delus in idolis posuimus, funditus evacuamus, & in te solum verum Deum confidimus.

Sic, sic penitus effundamus corda nostra, ne ulla alterius rei remaneat fiducia. Difficile est reperi e hominem qui funditus cor effundat. Quisnam est, qui aliquid depositum non habet pro indigenitatis? Quis sua antidota non conservat? Quis aliquem Principem non colit, ad quem possit confugere? Humanæ spes. Effundite coram illo corda vestra. Deus adiutor in eternum, quasi dicat. Haec res aliquid parvi auxilii, brevique tempore conferunt, sed Deus adiutor noster in eternum. Hic non deficit, hic non moritur, ut moriuntur Principes, sed adiutor in eternum.

D. Aug. in  
Confess.  
Psal. 61.  
Hebr.

Nemo te, Domine, amittit, inquit Augustin. (nec per mortem, nec per voluntatem) nisi quite demittit. Vanis filij hominum, mendaces filij hominum. Hebr. Filij virorum, id est, clarissimi, & potentissimi, Principes nimis rūm, in statu, ut decipiant ipsi (ð quam sapè!) de vanitate in id ipsum. Hebr. ad verbum: In statu, us ascenderat, ipsi (sunt) prævanis repariter, id est, vanitate sive ad unum cuncti leviores. DEVS auxiliū mei, dixerat supra, Hebr. DEVS, petra mea, salus, munitio, seu arx mea. Et spes mea in DEO est (non in Principibus.)

A. Nolite sperare in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, & revertetur in terram suam. Ego Salomon dico. Ecclesiastes sis Rex Irael in Ierusalem. Sunt bar se fuisse ad eum flexilia mundana omnia, ut dirigat regem, cum cat in praeterito, quod erat in praesenti. etiamnam est. Rex erat, cum loquebatur, sed quoniam Quid erit: Ego Ecclesiastes fui. O spes inanis! Spes Rom. 5. in Deum non confundit, in Principes, ð quam sapè!

B. Mach. Machabeorū & fiducia in Deum, & visus in misericordia caperunt. C. Mach. Machabeorū & fiducia in Deum, & visus in misericordia caperunt.

A plerisque obsecratum est, quod strenui Machabaei tunc confundi coeperunt, cum fiduciam in Deum minuerunt, & cum Gentibus foedera inierunt: ab eo enim tempore, semper in deterioris abiurant: nam qui cum paucissimis decertabant, & vicebant, post innixam gentibus fiduciam semper vici, & profligata sunt.

Vana ergo, & fallax est hominum fiducia. Mendaces filii hominum, omnis Alii homo mendax. Alii: Omnis homo mendacium.

Sperent, sperent in nomine Domini, & Isa. 50. innitantur super DEVm suum; non super Principes. Aegyptus frustra, & vanè auxiliabitur; superbia tantum est, quiesce. Hebr. Hebr. Bulla tantum est, quiesce.

O quam verè, homo bulla!

\*\*\*

DE